



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis Disciplinis & religione Christiana

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

361. Si Princeps commutationem in Ecclesia facere voluerit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

166 REGINONIS LIB. I.
fauros ecclesiasticos, ne propter perfidiam aut
neglegentiam custodum aliquid de gemmis
aut de vasis vel de reliquo thesauro sit per-
ditum.

Ut nullus rem Ecclesiæ immobilem alienare
præsumat. *Ex lib. 1. cap. XIX.*

Imp. Iusti-
nian. Nov.
7. c. 1.
Lib. 2. Capi-
tular. c. 29.
Burchard. lib.
3. c. 164.
Vide lib. 3.
Decretal. tit.
13. c. 5.

CCCLX. Nulli liceat alienare rem im-
mobilem Ecclesiæ, sive domum, sive agrum,
sive hortum, sive rusticum mancipium, vel
panes civiles, neque creditoribus specialis hy-
pothecæ titulo obligare. Alienationis autem
verbum contineat conditionem, donationem,
permutationem, & emphiteuseos perpetuum
contractum. Sed omnes omnino sacerdotes
ab hujusmodi alienatione abstineant, pœnas
timentes quas Leoniana constitutio minatur.

L. 14. C. de
sacrof. Eccles.

Si Princeps commutationem in Ecclesia
facere voluerit. *Ex eodem,
capitulo XXX.*

Iustinian.
Nov. 7. c. 2.
Lib. 2. Capi-
tular. c. 30.
Burchard. lib.
3. c. 165.

CCCLXI. Si Princeps voluerit rem im-
mobilem sanctis locis præstare & accipere ab
eo aliam immobilem rem, & eo modo permu-
tationem contrahere, liceat hoc ei facere divi-
na pragmatica sanctione ab eo promulgata.
[*Vide lib. 3. Decretal. tit. 19. cap. 1.*]

De precariis ecclesiasticis. *Ex Concilio ad
Belvacum titulo XXI.*

Concil. Meld.
c. 21.
Capitula Ka-
roli Calvi tit.
6. c. 6.
Burchard. lib.
3. c. 166.

CCCLXII. Ut precariæ & commuta-
tiones tempore viduarum Ecclesiarum fa-
ctæ ab his qui loca Episcoporum occupave-
rant, rescindantur; & cum auctoritate eccle-